

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad
Annum 1749

Luxemburgi, 1753

LVIII. Beatificatio Ven. Servi Dei Josephi Calasancii a Matre Dei, Fundatoris
Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum
Piarum. 7. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](#)

ANNO
1748.
Item per
Secretarium
Sac. Congre-
gationis.

Completo
Triennio,
quod si mit-
tendi, si tunc
non sit in
promptu lo-
cus Missionis.

Poena con-
tra inobe-
dientes.

Nemo re-
movendus a
Missione, in-
confusa Sac.
Congregatione.

Poft redi-
tum a Mi-
sione nullo
gaudent
Privilegio.

Datur fi-
culta Vicario
Generali alia statuendi
quod ad dif-
ficiplinam re-
gularem, &
studia, ap-
probanda a
Sac. Congre-
gatione.

Approba-
tio, & Con-
firmatio.

Obstantium
derogatio.

Dat. die 10.
Julii 1748.
An. VIII.

BENEDICTUS XIV. An. VIII.

271 ANNO
1748.

Ultra vero præfamat Vicarii Generalis, seu alterius ab eo delegati visitationem, Secretarius itidem pro tempore existentis memoratae Cardinalium Congregationis bis visitet in anno, absque Superiorum Regularium interventu, ut liberius queat statum, & necessitates Seminarii hujusmodi exponere, Studentes examinare, & de eorum progressu certiorare.

Completo poftmodum triennio, abeant Studentes, quod a præfata Cardinalium Congregatione destinati fuerint; quod si nullus tunc temporis fit in promptu Missionis locus, licet Vicario Generali eos ad alios sui Instituti Conventus transferre, certiorata prius ipsa Cardinalium Congregatione, ac curet, ut in iis Conventibus collocentur, in quibus commodius studio Controversiarum, & Moralis exerceri possint, quoisque advenerit occasio Missionis, ad quam ab eadem Cardinalium Congregatione erunt destinandi.

Interim vero se immunes esse non credant ab observania Regulari, & Officiorum servitio.

Quod si aliquis illorum ad destinatas Missiones renueret, aut negligeret accedere, arbitrio memoratae Congregationis Cardinalium plectetur. Nemo autem ab eisdem Missionibus poftit amoveri, aut revocari, absque participatione ejusdem Congregationis Cardinalium. Item vero, qui sacris Missionibus per statutum tempus infervierint, & a præfata Cardinalium Congregatione ad propria remeaudi facultatem obtinuerint, nulla prorsus exemptione, privilegio, aut præminentia in propria Congregatione gaudere, ac potiri præsumant, solum a Domino, qui est honorum omnium largitor, mercedem recepturi.

Strictè tamen per præsentes injungimus Superioribus primodiœta Congregationis, ut in emeritos hujusmodi Christi Fidei Præcōnes, omnēna caritatem exerceant, cum plerisque affidūs laboribus confuspi, ægritudinibus, aliisque corporis incommodis sint obnoxii.

Denique in iis omnibus conscientiam Vicarii Generalis pro tempore existentis dictæ Congregationis Sancti Marci oneratam volumus, ejusque arbitrio relinquimus alia statuendi (supradictis tamen firmis remanentibus) tum exadūm disciplinam, tum studiorum profectum conceruentia, approbandaque ab ipsa Cardinalium Congregatione, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, quoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac Superioribus, & Fratribus dictæ Congregationis plenissimè suffragari, & ab illicis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, siveque in præmissis per quoquecumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Clemens Prædecessor in primodiœta suis Literis præfatis voluit non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sandam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x. Julii MDCCLXVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passioneus.

Beatificatio Ven. Servi Dei JOSEPHI CALASANCTII a Matre Dei, Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cœlestis Paterfamilias, cujus judicium perennis misericordia superexaltat, ut oftenderet se nihil eorum prætermissee, quæ in excolenda Vinea optimum, & diligentissimum Agricolam decent, nullam unquam passus est elabi aetatem, quæ contra impios conatus inimici hominis superseminantis zizania, admirabilis ejus dexteræ potentiam, & præsidium non experiretur. Per varias enim diei horas, a prima nempe ad nonam usque, in electam hanc Vineam suo Sanguine acquisitam operarios ire jussit, ne succrescentibus ipinis, & læviente Satana, portio Domini desiderabilis in dissipacionem, & desertum converteretur; ita ut ex omnibus terræ plagis, non Regio fuerit, non Sinus, non Insula, nullus denique locus, ubi non hujusmodi cultores, quam maxima subeunte pericula, aut ignorantiae tenebras Evangelicae Legis prædicatione discuterent, aut cœlestis Doctrinæ veritatem datis cervicibus pugnarent, aut rejectis Mundi illecebris vias Domini in solitudine rectas facerent, aut lapidos a viis pessimis ad dignos Poenitentiæ fructus exemplo suo provocarent. Undecima tandem, & novissima hora, ut Vineam perficeret, quam plantavit dextera ejus, novos conduxit Operarios, qui ne Aper de silva Christo renata germina in ipso flore depasceret, Domini timorem, Legem Vitæ, & Disciplina Parvulos edocerent. Luculentum sane, ac memorandum hujusc Providentiae specimen superiori Sæculo in hac ipsa Urbium Principe misericordiarum Pater per Servum suum JOSEPHUM CALASANCTIUM a MATRE DEI ostendere dignatus est. Hic inter Aragonios Nobili generi ortus, floribus annis per exercitia Pietatis, & Literarum studiis peractis, variisque porro munieribus integrè administratis, de improviso in fortem Domini vocatus, divinoque afflato Numinis Romanum accessitus, ad novi operis ministerium, Christiano Populo quam maxime profuturum, fedulè animum adjectit. Cum enim ubique gentium miserrimi aequæ, ac frequentissimi pueri jacerent in trivis, & per compita divagarentur, quos non divina Religio, non famæ pudor, non amor virtutis, non Parentum disciplina, non lata jura coerebant, quique per turpem desidiam in vitiis exuriti, ad Christiani nominis probrum, & pernicie Reipublicæ adolescere videbantur, tetterimo huic incommodo Venerabilis Dei Servus, utpote novus Vineæ Operarius, foriter se se opponens, nihil reliqui fecit, quominus hujuscmodi pueri a Diaboli contagione abducti, ad Religionem & Charitatem informarentur. Primum consilio, precibus, & qua re cumque potuit, Vir plane humilitatis studiosissimus, hujusmodi oneris suscipiendo pluribus Author fuit. Verum aliis alia causantibus, tantumque pietatis opus detrectantibus universis, sibi demum præter ceteros intellexit ab eo, qui Angelorum ministeria, hominumque dispensat, pauperem derelinqui, & orphani adiutorium commendari. Ceteris igitur quibuscumque curis abjectis, per se ipse opus aggressus est, & pauperum potissimum adolescentium commodo & incolumentati, novæ Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum fundamenta jecit. Invalefcere jam cœperat salubr-

LVIII.

Præmium.

Summarium
Virtutum,
& merito-
rum Beati
Virij.

De institu-
tione Con-
greg. Scho-
larum Pia-
rum.

rum hoc Institutum, altasque radices figere; cum hostis antiqui infideli & fraudibus, tot, tantaque turbas in Institutorem, æque ac familiam ejus homines concitarunt, ut res plane profligata, dejectaque videretur. Nihilominus Venerabilis Dei Servus ambulans in innocentia cordis sui, potestatum tenebrarum conatus minimè fractus, fideique fæco inexpugnabili firmissime protectus, a tulceo condendas Congregationis consilio ullo modo nec divelli, nec distrahi potuit. Quinimo vel amplissimis, ultroque oblatis dignitatis constans repudiatis, nihil unquam antiquis habuit, quam incepti operis curam, & amplificationem: Quod quidem Institutum, sublatis dissidiis, Deo auspice, & incrementum dante, ad quamplurimas Christiani Orbis Provincias cum uberrimo animalium fructu propagatum esse conficimus. Denique Vir Dei meritis cumulatus, eternisque consecutus, nonagenario major mortalitatem explevit in terris, & immortalitatem inter celos inchoavit. Verum ejusdem fama longe latèque percrebrente, ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Causa deduxta est; ubi cum de virtutibus æstimandis juxta Canonicas Sanctiones quæstio de more haberetur, Nos, qui per id temporis Aulæ Consistorialis Advocati munere fungebamur, eum primo patrocinium suscepimus, deinde Promotoris Fidei officio insigniti, eum causam acriter egimus. Quare fel. record. Benedictus Papa XIII. Prædecessor Noster vi. Idus Septembri MDCXXVIII. in gradu heroico constitutas esse pronunciavit. Porro coram Nobis ad supremum Ecclesiæ regimen, quamquam immerito, admotis, cum de Miraculis disceptaretur, duo potissimum unanimi tum Cardinalium, tum Confessorum secundodictæ Congregationis suffragio approbata. Nos itidem Decreto Nostro vi. Idus Maii hujuscemei Anniduximus approbanda. Quapropter precibus tandem complrium Regum, Episcoporum, aliorumque Principum, nec non dilectorum filiorum Clericorum Regularium ipsiusmet Congregationis Pauperum Matris Dei Scholârum Piarum, paterna benignitate annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica tenore presentium indulgenus, ut idem Dei Servus JOSEPHUS A MATRE DEI imposterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquæ venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendæ) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotan vi. Kalendas Septembri, quo demortui Corpus humatum est, recitat Officium, & Missæ de communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, iuxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani: Recitationem autem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus, tum in universa Clericorum Regularium hujusmodi Familia, tum in Oppido Petralæ in Aragonia, ubi Vir Dei in luce editus est; tum in Ortoneda, in Vicariatu Tremensi, & in Civitate Urgellensi, ad quas Christi Vineas excolendas Operarius primo vocatus est, tum apud Sodalites Sanctorum duodecim Apostolorum, Doctrinæ Christianæ, Sacrorum Stigmatum Sancti Francisci, Sanctissima Trinitatis Peregrinorum, & Suffragij de Urbe, in quas cooptatus fuit, ab universis Christifidelibus tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur; Et quoad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesiæ, in quibus Festum perageatur, conuentibus. Præterea primo dominat anno a dato hisce literis in Ecclesiæ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei,

Oppidi, Vicariatus, Civitatis, & Sodalitatum hujusmodi solemnia Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplice majori, die ab Ordinariis respectivè constituta, postquam in Basilica Nostra Sancti Petri in Vaticano celebrata fuerint solemnia, nempe xv. Kalendas Septembri currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non Cultu editis, certèque contraria quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praefectionum Literarum tranfuntis, seu exemplis etiam impressis, manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibetur, quæ adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sandam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vii. Augus-
tis MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passioneus.

De concessione, & executione Dispensationum Matrimonialium: altera Epistola ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ad tuas manus pervenisse speramus Epistolam nostram Encyclicam datam die 29. superioris mensis Junii, de Dispensationibus, quas pro contrahendo Matrimonio intrâ gradus jure prohibitos haereticis Conjugibus concessisse, Apollonicae Sedis Ministri falso insimulabantur. Atiam hanc aliam rursus ad te mettere cogimur; cum enim res, unde falsus ille rumor exortus est, in apertum educta sit, eamque omnibus notam fieri oporteat, ex Nostris ad eam animadversionibus aliò proficere, meliusque in posterum, que agenda sunt, constituere poterunt.

Episcopus quidam istius Poloniae Regni duobus Lutheranis Conjugibus, qui in secundo affinitatis gradu inter se conjuncti erant, contrahendi matrimonii facultatem dedit. Rogatus, quo jure id fecisset, an uti executor aliquip dispensationis, quæ concessa fuisset vel a Nostra Dataria, vel Poenitentiaria, vel a Sancta Inquisitionis Officio; namque haec sunt, quibus hujusmodi dispensationes a Sede Apostolica expediri confuerunt; nullas se accepisse ingenui falsus est; sed fecisse è generali potestate respondit, quam sibi, ut Episcopo in remortis degenti, Sedes Apostolica elargita est; factumque suum excusavit more recepto sue Dioecesis, & Prædecessorum suorum consuetudine. Addidit etiam, ad id faciendum adducendum fuisse spe, quam ipsi dederunt Conjuges, quamprimum ad Fidem Catholicam se converfuros; quod si intra debitum tempus minimè adimplerent, se vi eos adigendi, cohabitatione prohibita, potestatem habere.

Ut ab hujusmodi narrationis serie minimè discedamus, in primis id compertum est, è nostris Tribunalibus dispensationem super impedimentoo affinitatis pro contrahendo matrimonio inter duos haereticos nequitquam emanasse. Episcopus est, qui concepsit; affirmatque, fecisse vi generalis cuiusdam facultatis, quam Sedes Apostolica impetrari confuevit Episcopis, qui extra Europam, vel in remotis Europæ partibus constituti sunt.

At quid dicendum esset, si facultas, de qua agitur, dispensandi in secundo gradu,

Ordo in ejus
Causa fer-
vatas.

Precess Sanc-
te Sedi por-
recta pro
ipsius Beatifi-
catione.

Eidem Bea-
ti nomen, &
honores de-
cernuntur.

ANNO
1748.

Dereguli
comitatu-

Datum
Romæ
apud
Sandam
Mariam
Major-
em sub
Annulo
Piscatori-
s die vii.
Augus-
tis
MDCCXLVIII.
Pontificatus
Nostri Anno
Octavo.

LXXX.

Priore
Episcopate
falsa regna
relata sunt
III. alter
aliquam
miseris
cum re
lata sunt.

Episcopum
cum discus
Haereticis
penitentiis
per gradus
probabilitatis
Matrimoniis
com-
henduntur.

Vigore
presentis fe-
cularis a
Sanda Se-
cunda obtem-

Dispensa-
tionis
non a Santi
Sede, sed in
Episcopio
regulariter
concessa.

Ideo ab E-
piscopo la-
tum fuit vi-
gore gener-
lis faculta-

non